

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

D. Barbaræ reginæ, virginis, martyris, sponsaq[ue] Christi Iesu, martyrium  
& encomiu[m] paucis explicans, Hymnus LXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

bus erexit, omnibus peccatis mundata, tui amore ebriam, cunctis & gratijs & virtutibus plenam tibi in sponsam eligere dignatus es: da nobis quæsumus ut per tua merita, per h̄c eiusdem sanctissimæ tuæ amatricis intercessionem, ab omnibus peccatis sic perfectè mereamur purgari, & tui dilectione feruentissima perpetuâq; comburi. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

*De sanctissima Barbaræ regina, virginine & martyre, sponsaq; Christi.*

Hymnus LXVIII.

**A** Ve martyris gloriosa  
Barbaræ generosa  
Paradisi vernans rosa,  
Castitatis lilyum.

Aue virgo pulchra tota,  
Charitatis fonte lota,  
Dulcis, mitis & deuota,  
Vas virtutum omnium.

Aue criminis ignara  
Sponsum audis voce clara  
Veni pulchra, veni clara,  
Veni coronaberis.

Aue Barbara serena,  
Pulchra quasi luna plena,  
Singulare cantilena  
Sponsum agnum sequeris.

Aue Barbara beata,  
Quæ cum sponso preparata  
Nuptiarum adoptata  
Transfueristi gaudia.

Aue fulgens margarita,  
In corona Iesu sita,  
Tam in morte quam in vita  
Sis mihi propicia, Amen.

*D. Barbara regina, virginis, martyris sponsaq; Christi Iesu, martyrium & encomium paucis explicans,*

Hymnus LXIX.

**B**EATA nobis gaudia  
Dat Barbaræ martyrium,  
Quam traxit ad coelestia

Deus creator omnium.  
A Ad coenam agni prouidi,  
In uitaris, qua refides,  
Agno iunguntur nobili  
Quocunque pergit, virgines.

R Rerum creator optime,  
Per eam te testificas  
In turris terro lumine  
O lux beata Trinitas.  
B Beata cuius brachijs  
Saxa tacta obediunt,  
Dura eius manuum imprimis  
Vexilla regis prodeunt.

A Aurea luce cœlitus  
Virgo ducitur carcere,  
Plagæ curantur penitus,  
Iam lucis orto sydere,  
R Rex Christe clementissime,  
Hæc passa te magnificat,  
Audita beaignisime  
Vox vocans eam ironat.  
A Audi benigne conditor  
Per eam hic nos proteges,  
AEternæ sis vita dator  
Verbum supremum prodiens, Amen.  
*Eiusdem sacra virginis & martyris  
sanctitatem, gaudiag; obiter explicans,*

Hymnus LXX.

**G**AUDE cultrix Trinitatis  
Sacrae templum castitatis,  
O Barbara beata.

Gaude tu quod despexit  
Parrem, ac mundum vicisti  
In fida decorata.

Gaude quod Deus multauit  
Illum qui te accusauit.  
Ex voce reprobata

Gaude quod pro fide Christi,  
Flagella sustinuisti,  
Virtutibus ornata.

Gaude quod te confortauit  
Christus, ac tuas curauit  
Plagas virgo sacrata.

Gaude quod obtinuisti  
Quæ à Deo popolasti,  
Ab ipso adamata.

Gaude